Arnoldus praepositus Sancti Jacobi; Arnoldus <de Villa Nova>; Maimonides, Moses; Jacoby, Johann; Gentilis <de Fulgineo>; Costofferus; Auicenna; Bernardus <de Gordonio>; Magninus <Mediolanensis>: Medizinische Sammelhandschrift



Ista de virtutibus septem herbarum

Prima herba aput chaldeos vocatur ureos et apud
grecos quarnuchel aput autem latinos eliotropia
Cuius interpretacio dicitur ab elios quod est sol et tropos quod
est conversio quia convertitur ad solem Huius autem succus mirabilis
est quia si illa colligatur in estate sole in virgine existente
sit in augusto et involvatur in folio laurini et sibi addatur
dens lupi et feratur nullus contra ipsum poterit habere verbum
loquendi nisi verba pacifica Et si aliquid ei in nocte
furatur et in nocte sub capite ponat videbit furem et
omnes eius condiciones Et etiam si predicta ponatur in
aliquo templo ubi sunt mulieres quarum quedam fregerunt
fidem sui desertum confringatur nunquam poterunt exire
a templo quousque deponatur Secunda herba

Secunda herba a caldeis vocatur zoib et a grecis elinodeg
et a latinis vulgariter urtica nuncupatur Hanc herbam
tenens in manu cum folio Securus est ab omni metu
et ab omni fantasmate Et si eius succus ponatur cum
succo semper vive et inungatur manus et residuum
ponatur in aqua et intret aqua ubi sunt pisces
et statim pisces congregabuntur ad eius manum et etiam ad
capistellum Et si extrahitur statim redibunt ad pristina
antea sive sub loco sicut prius erant Tercia herba

Tercia herba a caldeis lorintibus dicitur et a grecis
Valomorch et a latinis virga pastoris hanc herbam
accipe et cum succo suco mandragore distempera et da
cani et aliis animali et in ... et habebit ... dentes
... de quo ... si ... dens maxillaris
et ... cum ... qui inde ...
... bellum Et contra dolorem vulneris da